Barcelona, BC, ms. 479, f. 78v.

*Et ut thema nostrum facilius concludatur, in nostri sermonis exordio triplex regula inseratur.*
*Primo,* les perssones enveyoses parlen contra tota gent, ab lur lengua de campana.
2ª, en actes perfectuoses implicar-se generalment sa deu la gent qui va plana.
3ª, los béns a Déu grasioses donen gran auffegament a tota paraula vana.

*Dico primo quod* les persones enveyoses et cetera. *Et hoc quod dicitur in Michea capitulo 6º: «Repleti isti iniquitati loquebantur mendacium lingua fraudulenta in ore ipsorum*[1]». *Et Psalmus;* «*Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula*[2]». *Et Augustinus:* «*Cotidie clamant, cotidie blasfemant et contra innocentem cotidie latrant*[3]». *Et psalmos;* «*Loquuuntur adversus iustum iniquitatem in superbia et in abusione*[4]», *in superbia et in contemptu Dei et in abusione et in contemptu proximi. Et Ieremias, 9:* «*Sagita vulnerans lingua eorum, dolum locuta est*[5]». *Et ideo Psalmus:* «*Diminute veritates a ffiliis hominum sequntur, nam vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde et corde locuti sunt*[6]». [7]*Expone sic triplex est veritas:*

*Veritas iusticie, de quo Iohannes 16:* «*Cum venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*[8]».
*Veritas vite, de quo Ysaya, 38:* «*Memento, quaeso, quomodo ambulaveris coram te in veritate et corde perfecto*[9]».
*Veritas doctrine, de quo Matheum 22:* «*Scimus quia verax est et viam Dei in veritate doces*[10]». *Hoc triplex veritas.*

*Diminuta est a filius hominum. Unum invidorum iuxtum id psalmus: «Fili hominum usque quo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium*[11]» *dicunt enim «malum bonum et bonum malum*[12]» *contra veritatem iusticie*[13] *ponunt «lucem tenebris et tenebras lucem*[12]*», contra veritatem vite*[14]. *Ponunt etiam «dulce in amarum et amarum in dulce*[13]», *contra veritatem doctrine, ut dicitur Ysaya 9: Sed quare hoc, quia «vana et seductoria locuti sunt ad proximum suum*[15]». *Iuxta id, ad Thimoteum primo: «Sunt quidem multi inobedientes vaniloqui et seductores*[16] *et quomodo et cetera, quia «labia dolosa in corde et corde locuti sunt*[17]» *quia adcogitant et adsignant iuxta id:* «*Dilexerunt eum in ore suo et lingua sua mentiti sunt ei*[18]». *Unde sicut diverssi linguis diverssis locuntur, sicut invidi diversis suis linguis diverssi de contra innocentem locuntur. Locuntur enim aliquid:*

Ab lengua trepada
Ab lengua forcada
Ab lengua empatxada
Ab lengua verinosa
/[79r.] Ab lengua spinosa
Ab lengua betalant
Ab lengua naffrant
Ab lengua fiblant
Ab lengua sirlotant
Ab lengua dindant, *sicut invidi superbi loquuntur.*
Ab lengua bé trepada, volent l'om per mig fendre, *de quo Ecclesiastes 37:«Verbum neque inmutabunt cor, ex quo quatuor partes oriuntur: bonum et malum, vita et mors et*

[1] Mich. 6, 12. | [2] Ps. 54,22. | [3] PL 36, 250. | [4] Ps. 30, 19. | [5] Ier. 9, 8. | [6] Ps. 2, 3. | [7] *Ratllat,* erum. | [8] Io. 16, 13. | [9] Is. 38, 3. | [10] Mt. 22, 19. | [11] Ps. 4, 3. | [12] Is. 5, 20. | [13] Contra veritatem iusticie, *subratllat.* | [14] Contra veritatem vite, *subratllat.* | [14] Is. 5,20. | [15] Ps. 11, 3. | [16] Tim. 1, 10. | [17] Ps. 11, 3. | [18] Ps. 77, 36. Vulg: "lactaverunt eum...".

*dominatrix illorum et assidua lingua*[19]».

Ab lengua bé forcada, volent tot hom reprendre, *de quo Sapientia, primo:* «*Custodite vos a detractore, parcite lingue: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit*[20]».

Ab lengua empatxada, que hom no·l pot entendre; *Deuteronomio, 28:* «*Adducet redens ad gentes cuius linguam intelligere non possis*[21]», et Exodi 4: «*Impeditioris lingue sum*[22]».

Ab lengua verinosa zizania sembrant, *de quo in Psalmos:* «*Exacuerunt linguam suam sicud serpens venenum*[23]».

Ab lengua spinosa tot lo món bandeyant, *de quo Ecclesiastes 24:* «*Ne emuleris viros malos quia fraudes loquuntur labia eorum*[24]».

Ab lengua betallant tot hom fins als reyons. *Psalmos:* «*Exacuerunt ut gladium linguas*[25]».

Ab lengua fort nafrant, dant greus occasions; *Ieremias, 9:* «*Sagitas vulneras lingua eorum*[26]».

Ab lengua bé fiblant per places et cantons; Psalmus: «Locuti sunt adversum mihi lingua dolosa[27]».

Ab lingua sirlotant[28], mostrar la lur uffana sots cuberta bé volent, *de quo Ysaya 32: «Lingua ballorum (sic) velociter loquetur et plane*[29]».

Ab lengua fort dindant, axí com de campana, per metre spordiment, *de quo 2º Paralipomenon 32:* «*Clamore magno lingua perssonabat ut terreret eos*[30]».

*Ut per horum omnium concordia dicatur. Idem psalmos:* «*Sedens adversum fratrem tuum loquebaris*» *et adversus omnem hominem, quia omnes sumus fratres eadem nativitate, «et adversus filium matris tue*[31]», *et adverssus religiosos qui dunc filii matris tue, et Sancte Ecclesie. Propter quod, arguante scilicet publice et* «*statuam contra faciem tuam*[32]» *scilicet ostendendo tibi quomodo sed a quis displicebas, sicut mihi displiceas. Et hoc de primum.*

*Dixi 2º quod* en actes perfectuoses *et cetera. Et hoc est quod dicit Anselmus, De opere monachorum:* «*Hoc est sacrifficium quod Deus super omnes hostias quaerit et diligit, ut per iustitias et per facta opera nomen suum laude et Deus verus esse servorum suorum. Actue et opere comprobetur et verus eius servus in his operibus implicetur*[33]». *Et hoc est quod innuit apostolus II Thimoteus 2º: «Nemo militans Deo inplicat se negociis secularibus*[34]» *quasi dicitur quicumque militat mundo hic, se negociis secularibus implicat. Qui autem domino spiritualibus se negociis applicat super te* [*quod*] *domino dedisti. Sequitur: «Probalilem te exhibere Deo operarium inconfusibilem recte tractante*[*m*]/[79v.] *verbum veritatis*[35]» *II Petri primo:* «*Satagite ut per bona opera crucem vestram vocacionem et eleccionem faciatis*[36]», *et Galatas 4:* «*Bonum autem emulamini in bono semper*[37]». *Bona enim opera sunt qui faciunt nos perfectus. Luce 6: Perfectus autem omnis etiam* «*si sit sicut magister eius*[38]» *qui super bonis operibus insistebat. Sed quae sunt illa bona opera qui faciunt nos perfectos:*

Si donam alegrement de ço que Deus nos ha dat. Matheu 19: «*Si vis perfectus esse vende quae habes*[39]».

Si pugnam perfetament contra l'enemich provat. *Ephesios 6:* «*Accipite armaturam Dei ut possitis resistere adverssus insidias dyaboli et in omnibus perfecti stare*[40]».

Si donam restreyment a la nostra voluptat. *I Petri I:* «*Succint mentis lumbos vestre sobrii perfecti*[41]».

Si prestam pacienment affayn e adverssitat *nam, Iacomus primo:* «*Patientriam opus perfectum habet*[42]».

Si donam enseyament a hom mal acostumat. *I Cor 2:* «*Sapientiam loquimut inter perfectos*[43]».

Si correm leugerement entrò al terme tatxat. *Philipenses 3:* «*Ad destinatum persequor bravium supernae vocationis in Christo Ihesu quicumque perfecti sumus hoc sentientes*[44]».

Si sens[45] null palliement desygam nostre proisme. *Colonenses 3*: «*Super hec autem omnia*

[19] Eccli. 37,21. | [20] Sap. 1, 11. | [21] Deut. 28, 49. | [22] Ex. 4, 10. | [23] Ps. 139, 4. | [24] Prov. 24, 2. | [25] Ps. 63, 4. | [26] Ier. 9, 8. | [27] Ps. 108, 3. | [28] *Segueix ratllat,* la. | [29] Is. 32, 4. | [30] 2Par. 32, 18 | [31] Ps. 49, 20. | [32] Ps. 49, 21. | [33] Agustinus, *De vita christiana*. PL 40, 1039. | [34] 2Tim. 2, 2. | [35] 2Tim 2, 15. | [36] 2Petr. 1, 10. | [37] Gal. 4, 18. | [38] Mt. 10, 25. | [39] Mt. 19, 21. | [40] Eph. 6, 13. | [41] 1Petr. 1, 13. | [42] Iac. 1,4. | [43] 1Cor. 2, 6. | [44] Phil. 3, 15. | [45] Sens, *sobrelineat.* |

*caritatem habere quod est vinculum perfectionis*[46]».

Si li parlam clarament foragitant tot sophisme. *Iacobus 3:* «*Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir*[47]».

Si menyam trenpadament levant-ne nostre luïsme. *Hebreos 5:* «*Perfectorum est cibus solidus*[48]».

Si som levats netament en la sanch del alt Altisme. Hebreos 12: «*Scripti sunt in celis spiritus perfectorum, testamenti novi mediatore Ihesum et sanguinis asperssionem melius loquentem*[49]» *populi igitur perfecti dicimur et hoc mediantibus actibus bonis in quibus plicamur, in quibus implicari debemus si in hoc mundo plane ambulamus.*

*Et ideo Galatas 6:* «*Bonum autem facientes non defficiamus tempore enim suo metemus*[50]».

*Dixi 3º*, que los béns a Déu gracioses donen gran euffegament *et cetera.*

*Et hoc* [*est*] *quod dicit apostolus I Petri 2:* «*Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus*[51]». G*losa interlineale:* «*Quod vos male agere putant*[52]». *Existimantes vos esse stultos, id est, peccatores pessiones. Sapientia 5*: «*Nos insenssati vitam illorum estimabamus insaniam*[53]» *ssequitur ex bonis operibus, id est, ex vestra bona converssacione non solum verbo sed etiam opere; «vos conssiderantes glorifissent Deum», super quo Thomas in postilla: «Bonis operibus insistendum est propter laudem Dei, propter hedifficacionem proximi et propter fama nostri*[54]»*. Et ideo Matheo 5:* «*Luceat lux vestra coram hominibus (ecce hedificatio Christi) ut videant opera vestra bona (ecce vestri fama)*[55]», unde *Nicholaus de Lira:* «*Per hoc auffertur ab eis materia obloquendi et glorificent patrem/*[80r.] *nostrum qui in celis est: Ecce laus divina*[56]»*. Ideo dicebat Seneca in quodam epistola:* «*Nunquam melius torqueberis invidos quam virtuti et glorie serviendo*[57]»*. Ratio potest significari, cum eorum verba sint diffamatoria et non sic sequatur ut nomen dicunt. Sequitur recte eorum confusio, propter quod necesse est eos obmutescere. Unde Bernardus:* «*Lingua magniloqua per opera clarifica fautibus ad haberem ad quem obmutescit*[58]»*. Ideo dicebat apostolus Romanus 12:* «*Provindentes bonun non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus*[59]»*, quia scilicet, «ita sunt quod pravis et invidis silencium imponum*[60]»*. Ut igitur ex nostre themate fiat conclusio formetur triplex ratio.*

Pus axí és que les perssones enveyoses *et cetera, ut dicit prima ratio.*
Pus axí és que en actes perffectouses *et cetera, ut dicit secunda ratio.*
Pus axí és que los béns a Déus gracioses *et cetera, ut dicit tertia ratio. Sequitur*

que si les gens malicioses te van detràs, tu, mordent per lur voler qui·ls engana, que deus fer béns profitoses, qui cessen lur parlament e la lur folia plana.

[46] Col. 3, 14. | [47] Iac. 3, 2. | [48] Heb. 5, 14. | [49] Heb. 12, 23. | [50] Gal. 6, 9. | [51] 1Petr. 2, 12. | [52] Cita no localitzada. | [53] Sap. 5, 4. | [54] Cita no localitaada. | [55] Mt. 5, 16. | [56] Cita no localtizada. | [57] *Mfl.* art. Invidia. | [58] Cita no localitzada. | [59] Rom. 12, 17. | [60] Cita no localitzada.